S. Reverende Dne Abba, cum sciam me pro-
missum, cadere in dubium, ideo duxi mei
officij esse, ad te dare has literas, ut fi-
dem obligatam libere. Mitto itaque ad tuam
reverentiam aliquot concionem, negotium
instaurandi disciplinae, et certam forma[m]
celebrandi Synodos, atque sic alio verum
modum visitandi ecclesias, explicantes.
Item, libellum de consensu verae ecclesiae
et S. patrum, in praecipuis sanae
doctrinae articulis. Postea etiam alias
quasdam conciones, ad populum meae
fidei commissum, Lipsiae habitas.
Haec munera etsi contempta sint, tamen
spero ista tibi grata fore. Relictus nos-
tre in Misniam satis bene nobis obi-
git, quem bellici motus nunc red-
dunt tristiorem. Utinam Deus digne-
tur, ardorum hoc bellum compescere, et
ecclesiae suae tribuere salutarem pacem.
Editae sunt aliquot paginae de causis
instantis belli, in quibus Galliae rex
cum Electore nostro consentit longo
catalogo instar orationum, ad prae-
sentes motus ciendos. Pro tuis in
me et Symmistas meos beneficijs,
rursum ago tibi ingentes gratias
et vicissim offero meae humanitati
operam et diligentiam meam. Vale
vir Reverende, et Dominum Costin-
quem una cum Magistro Ppoldo, et
ceteris amicis officiose saluta. Lip-
siae. Anno 1552. Die 29.
Martij.

Erasmus Sarcerius.

C 107 l. 20,1

VI

Reuerendo Viro Domino Fride-
rico, ecclesie heriz apud Diuum
Aegidium, Abbati dignissimo, et
Dno suo perpetua fide colendo

Er. Sarcerius 1552.

Nürnberg

Sarcerius

KGL. OFFENTL. BIBLIOTHEK · DRESDEN ·

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476846439/2

S. Reuerende Dne Abba / accepi Reuerentiae
V. literas / summa modestia scriptas /
pro qua magnificam V. in nos beneficia /
ita extenuas / ut videaris parum beneficus
fuisse / cum interim beneficentia V. usque
nos ad summum oppleuerit. Ex uxoris
V. literis percepi / defectum librorum quorum
dam repertum esse: aliquin eum sub-
inde ad vos misissem. Noua hic parum
sparguntur / et ea tamen / quae vobis
alias sunt notissima. Mihi utique
tristissima noua primo spem et expe-
ctationem adimerent. Amisi enim ante
12. dies dulcissimam meam uxorem /
quam infaustus partus una cum foetu
absumsit. Quare nunc incredibilem et
miserabilem in modum / assiduis fletibus
ad necem usque deploro. Et nisi Deus
me dolentem pro sua gratia suble-
uauerit / ipse breui sequar meae
coniugis Deum vestigia / istaque mea
in miseria solabor. Valeat Reueren-
tia vestra / et pro me oret / ne in
tanta afflictione succumbam. Lipsiae.
Anno 1552. Die Aprilis 28.

Eras. Sarcerius.

C 107 f. 20.1 n. 2

VII.

Reuerendo viro Dno Friderico,
Ecclesie apud D. Aegidium Lo-
ribecens Abbati dignissimo, et
Domino suo summa fide colendo.

Sarcerius.
1552.

BIBLIOTHEK